UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De commemorationibus. c. 16

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

vel de feſto ſimplici in collegiatis Eccleſijs dicantur duę miſſę, alioquin in miſſa de die fiat cōmemoratio, (vt dictuꝫ eſt) pro defunctis. Excipitur tñ totum tēpus Paſcale, ⁊ qñ per annum officium eſt duplex, vel ſemiduplex, quibus temporibus non dicitur miſſa principalis pro defunctis, niſi in die Depoſitionis defuncti, ⁊ in Anniuerſario pro defunctis. Et ſimiliter, niſi fuerit duplex quocunque die dici poſſint priuatę miſſę pro defunctis, pręterquā in Dominicis. ¶ In die Cōmemorationis omniuꝫ Defunctoꝝ, ⁊ in die Depoſitionis, ⁊ in Anniuerſario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, in alijs miſſis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, ⁊ Orationibus dicetur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, ⁊ depoſitionis defuncti. In Anniuerſario autē ⁊ miſſa cōmuni pro defunctis dicatur pro arbitrio ſacerdotis.

¶ De Tranſlatione Feſtorum. Cap. 15.

In dicendis miſſis ſeruetur ordo Breuiarij de Tranſlatione feſtorū dupliciū ⁊ ſemiduplicium, qñ maiori aliquo feſto, ſeu Dñica impediuntur. In Eccleſijs autem, vbi titulus eſt Eccleſię, vel concurſus populi ad celebrandum Feſtum, quod transferri debet, poſſunt cantari duę miſſę, vna de die, alia de feſto, aut ſaltem commemoratio fieri de feſto, ſi eo die de feſto in illa eccleſia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus. Cap. 16.

Commemorationes in miſſis fiunt ſicut in Officio. De feſto ſimplici fit commemoratio in miſſa, qñ de eo in officio facta eſt cōmemoratio in veſperis. Qñ autem de eo fit commemoratio tm̄ ad laudes, in miſſa ſolēni nulla fit cōmemoratio de eo, ſed in miſſis tantum priuatis. De Dñica fit cōmemoratio, qñ in ea fit de feſto duplici. De octaua fit cōmemoratio, quādo infra octauam fit de aliquo feſto, niſi illud feſtum fuerit de exceptuatis in rubrica officii de Commemorationibus. Itē quādo infra octauaꝫ fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, ⁊ Vigilijs, qñ miſſa dicenda eſt de feſto duplici vel ſemiduplici illis temporibus occurrente. Sed in eccleſijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus ⁊ vigilijs pręedictis: quę habent miſſas proprias, dicūtur

duę

duę miſſę vna de Feſto, alia de Feria, ⁊ Vigilia prędictis, abſq; vlla vtrorumque commemoratione. Quādo infra hebdomadā dicitur miſſę Votiuę poſt primam Orationem ſemper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Nō fit cōmemoratio de Feria Quatuor temporū, pro ferię commemoratione dicitur prima oratio quę concordat cum officio. In faciendis Cōmemorationibus ſeruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante feſtū ſemiduplex, quod infra octauam celebratur, de feſto ſemiduplici ante Octauā, de Octaua ante Ferias prędictas, de ferijs ꝑdictis ante feſtū ſimplex, de feſto ſimplici ante orōnes votiuas. Si facienda ſit commemoratio pro Defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In alijs Commemorationibus a prędictis ſeruetur dignitas orationū, vt de Spiritu ſancto ante beatā Mariam, de Angelis ante Apoſtolos, ⁊ ſimiliter in alijs. In miſſis defunctorū, nulla fit commemoratio pro Viuis, etiā ſi oratio eſſet communis pro Viuis, ⁊ Defunctis. Quando dicuntur plures orationes, prima tantum, ⁊ vltima cū ſua cōcluſione terminantur, ⁊ ante primā ⁊ ſecundam orationem tantum dicitur, Oremus ante primam dicitur etiam Dñs vobiſcum. Cū vero dicuntur plures orationes, ⁊ vna oratio eadem ſit cum alia ibidem dicenda, oratio huiuſmodi, illa ſcilicet quę eadem eſt non alię, commutetur cum alia de Cōi vel Proprio, quę ſit diuerſa.

De introitu, Kyrieeleiſon, ⁊ Gloria in excelſis. Cap. 17.

Introitus ſemper eodem modo dicitur cum Gloria patri, vt in Ordinario, prętérquam tempore Paſſionis, ⁊ in miſſis defunctorum, vt etiam ibi annotatum eſt. Kyrieeleiſon, dicitur nouies poſt Introitum, alternatim cū miniſtro, id eſt, ter Kyrieeleiſon, ter Chriſteeleiſon ter Kyrieeleiſon. Gloria in excelſis, dicitur quandocūque in Matutino dictus eſt Hymnus, Te Deum prętérquā in miſſa Ferię quintę in cęna Dñi ⁊ Sabbati ſancti, in quibus Gloria in excelſis dicitur. In miſſis votiuis non dicitur niſi in miſſa beatę Marię, ⁊ Angelorum: ⁊ niſi miſſa votiua dicenda ſit pro re graui, vel pro publica eccleſię cauſa. Neque etiam dicitur in miſſis Defunctorum.

De Orationibus. Cap. 18.

In feſtis duplicibus dicitur vna tantum Oratio niſi facienda ſit aliqua cōmemoratio, vt dictū eſt ſupra. In feſtis ſemiduplicibus